



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta  
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ  
Theologiæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

Qvaestio CX. De gratia Dei quantum ad eius essentiam.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

ro sit potentiarum malum, ex se quoque patet: quia per idem principium vitium contrarium, per quod possumus in reliquum.

¶ Ad hoc dicitur, quod quodcumque visus, seu operatio potentie aliquid aliunde pendet, quam ex potentia, tunc ex sola potentia non potest inferri visus, seu operatio illius in acta exercitio. Verbi gratia. Potentia visiva habet pro proprio actu suo videre, quod dependet & ab obiecto, & lumine, & propterea non potest ex hoc solo, quod homo habet potentiam visivam, inferri, ergo ex sola potentia visiva potest videre: quoniam sine extrinseco lumine nunquam existit in actu. Potentia ergo existens aliquid extrinsecum ad executionem sui actus, non sufficit sola ad proprium actum, unde quemadmodum stant haec duo simul, Homo habet potentiam, quae potest videre: & Homo potest non ex sola potentia visiva videre: ita in proposito, quia gratia est quae homo est potens elicere operationem bonam, & resistere impulsibus tentationum, & continuare in hoc, quod est perseverare, ideo homo donatus dicitur dono, quo haec potest. Sed quia gratia non potest exercere hos actus simpliciter quae oportet, ubi oportet, & cetera, quoniam potest ad horam sine similitudine carnis ministrare eius, & lumine intellectus cooperantur eidem, quorum opposita subtrahunt arbitrium ab usu gratiae, sine extrinseco lumine, & opere, altera propter obsecrationem, altera propter infirmitatem, ideo dicitur quod homo ex sola gratia sine speciali auxilio non potest in hac simpliciter. Et esset simile, si potens hominem infirmum sine vires ministrantes intellectui: nunc enim homo intellectus ut principio intelligendi etiam habuit est potens intelligere, & vitare errores, & in hoc consistere, quia in-

**A**tellectus continue magis intelligendo fortificatur. Verum tamen quia ad continuationem, & perfectionem actus intellectus quidem oportet exigunt sanitas virium interiorum: ideo homo talis non poterit quando oportet uti intellectu in iudicando &c. p. p. infirmitate virium, nisi opem quis ferat sanitatis: quoniam potest sine tali ope ad horam recte iudicare.

**Ad primum** ergo dicendum, quod obiectio illa procedit de primo modo perseverantiae, sicut & secunda obiectio procedit de secundo. Unde patet solutio ad finem.

**Ad tertium** dicendum, quod sicut Aug. dicit in lib. de natura, & grat. \* Homo in primo statu accepit donum, per quod perseverare posset, non autem accepit, ut perseveraret: nunc autem per gratiam Christi multi accipiunt & donum gratiae quo perseverare possunt, & ulterius eis datur, quod perseverent: & sic donum Christi est maius quam delictum Adae. Et tamē facilius homo per gratiae donum perseverare poterat in statu innocētie, in quo nulla erat rebellio carnis ad spiritum, quam nunc possumus, quando reparatio gratiae Christi est inchoata quantum ad mentem, non autem tamen est consummata quantum ad carnem, quod erit in patria, ubi homo non solum perseverare poterit, sed etiam peccare non poterit.

**B** Sed contra est, quod Aug. dicit in libro de perseverantia. \* Cur perseverantia poscitur a Deo, si non datur a Deo: et ista irrisoria petitio est, cum id ab eo petitur, quod scitur non ipsum dare, sed ipso non dante esse i hominis potestatem. Sed perseverantia petitur etiam ab illis, qui sunt per gratiam sanctificationis, quod intelligitur cum dicimus, Sacrificetur nomen tuum, ut ibidem Aug. confirmat per verba Cypriani. \* ergo homo etiam in gratia constitutus, indiget ut ei perseverantia a Deo detur.

**RESPON.** Dicendum, quod perseverantia tripliciter dicitur. Quandoque enim significat habitum mentis, per quem homo firmiter stat, ne remoueat ab eo, quod est secundum virtutem per tristitias irruentes, ut sic se habeat perseverantia ad tristitias, sicut contentia ad concupiscentias, & delectationes, ut Philosophus dicit in 7. Ethico. \* Alio modo potest dici perseverantia habitus quidam, secundum quem homo habet propositum perseverandi in bono usque in finem. Et utroque istorum modorum perseverantia simul cum gratia infunditur, sicut & continentia, & cetera virtutes.

**Ad primum** sic proceditur. Videtur quod gratia non ponat aliquid in anima. Sicut enim homo dicitur habere gratiam Dei, ita etiam gratiam hominis. unde dicitur Genes. 39. q. Dominus dedit Ioseph gratiam in conspectu principis carceris: sed per hoc, quod homo dicitur habere gratiam hominis, nihil ponitur in eo, qui gratiam alterius habet, sed in eo, cuius gratiam habet, ponitur acceptatio quaedam. ergo per hoc, quod homo habere gratiam Dei dicitur, nihil ponitur in anima, sed solum significatur acceptatio diuina.

**¶ 2. Pr.** Sicut anima vivificat corpus, ita Deus vivificat

QVAESTIO CX.

**De gratia Dei quantum ad eius essentiam, in quatuor articulos diuisa.**

**D**EINDE considerandum est de gratia Dei quantum ad eius essentiam.

**E**t circa hoc quaeruntur quatuor.

¶ **Primo.** Vtrum gratia ponat aliquid in anima.

¶ **Secundo.** Vtrum gratia sit qualitas.

¶ **Tertio.** Vtrum gratia differat a virtute infusa.

¶ **Quarto.** de subiecto gratiae.

ARTICVLVS PRIMVS. Vtrum gratia ponat aliquid in anima.

**A**D PRIMUM sic proceditur. Videtur quod gratia non ponat aliquid in anima. Sicut enim homo dicitur habere gratiam Dei, ita etiam gratiam hominis. unde dicitur Genes. 39. q. Dominus dedit Ioseph gratiam in conspectu principis carceris: sed per hoc, quod homo dicitur habere gratiam hominis, nihil ponitur in eo, qui gratiam alterius habet, sed in eo, cuius gratiam habet, ponitur acceptatio quaedam. ergo per hoc, quod homo habere gratiam Dei dicitur, nihil ponitur in anima, sed solum significatur acceptatio diuina.

**¶ 2. Pr.** Sicut anima vivificat corpus, ita Deus vivificat

Ca. 48. & in li. de correct. & gra. c. 12. to. 7.

Super Quaestio 110. Articulum primum.

In art. 1. & 2. q. c. testificandae, nil dubitandum occurrit. Notetur tamen radix conclusionis primi articuli in responsione ad primum, quod scilicet gratia tam Dei, quam hominis ponit aliquid in grato licet differat. Et redeamus ad nosmetipsos in contemplatione secundi articuli. Inspicientes si has qualitates habemus, quibus prompse mouemur ad diuina cetera bona. Licet quidem quoque ex responsione ad tertium discere cohibere, ne dicas gratiam annihilari, cum homo perdit eam: quia nec fit, nec corrumpitur, nec creatur, nec annihilatur, ut in litera dicitur: sed secundum ipsam hominem creatur in tali esse.

2. di. 26. ar. 1. & 3. con. ca. 150. & ueri. q. 27. ar. 1.

ficat animā. unde dicitur Deut. 30. Ipse est vita tua : sed anima vivificat corpus immediate. ergo etiam nihil cadit medium inter Deum & animam. nō ergo gratia ponit aliquid creatum in anima.

¶ 3. Præter. Ad Ro. 1. super illud, Gratia vobis & pax, dicit gl. Gratia, id est, remissio peccatorum: sed remissio peccatorum nō ponit in anima aliquid, sed solum in Deo non imputante peccatum, secundū illud Pl. 31. Beatus vir, cui non imputavit dominus peccatum. ergo nec gratia ponit aliquid in anima.

SED CONTRA, Lux ponit aliquid in illuminato: sed gratia est quaedam lux animæ. unde Aug. dicit in lib. de natura & gratia, Prævaricatore legis, di- gne lux deserit veritatis, qua desertus utique fit ce- cus. ergo gratia ponit aliquid in anima.

RESPON. Dicendum, quod secundum cōmunē modum loquendi, tripliciter gratia accipi consuevit. Vno modo pro dilectione alicuius: sicut consu- evimus dicere, quod iste miles habet gratiam regis, i- rex habet eum gratum. Secundo sumitur pro ali- quo dono gratis dato: sicut consuimus dicere, Hanc gratiā facio tibi. Tertio modo sumitur pro recompensatione beneficii gratis dati, secundum quod dicimus agere gratias beneficiorū, quorum trium secundū dependet ex primo. Ex amore enim quo aliquis habet alium gratum, procedit quod ali- quid ei gratis impendat. Ex secūdo autem procedit tertium: quia ex beneficiis gratis exhibitis gratiarū actio cōsurgit. Quantum igitur ad duo ultima, ma- nifestum est, quod gratia aliquid ponit in eo, qui gratiam accipit. Primo quidem ipsum donum gratis datum: secundo huius doni recognitionem. Sed quantum ad primum, est differentia attendenda cir- ca gratiam Dei, & gratiam hominis quia enim bo- num creature provenit ex voluntate diuina, ideo ex dilectione Dei, qua vult creaturæ bonum, profuit aliquid bonum in creatura. Voluntas autem ho- minis movetur ex bono præexistente in rebus: & in de est quod dilectio hominis non causat totaliter rei bonitatem, sed presupponit ipsam vel in parte, vel toto. Patet igitur, quod quamlibet Dei dilectio- nem sequitur aliquid bonum in creatura causatū, I quandoque tamen dilectioni æternæ coæternum. Et secundum huiusmodi boni differentia differens consideratur dilectio Dei ad creaturā. Vna quidem communis, secundum quā diligit omnia quæ sunt vt dicitur Sap. 11. secundum quā, esse naturale rebus creatis largitur. Alia autem dilectio est specialis, sicut quam trahit creaturā rationalē supra conditionem nature ad participationem diuini boni: & secundū hanc dilectionem dicitur aliquē diligere simpliciter, quia secundum hanc dilectionem vult Deus simplici- ter creature bonum æternū, quod est ipse. Sic igitur per hoc, quod dicitur homo gratiam Dei habere, signi- ficatur quiddā supernaturale in homine a Deo pro- ueniens. Quandoque tamen gratia Dei dicitur ipsa æterna Dei dilectio, secundum quod dicitur etiam gratia prædestinationis, in quantum Deus gratuito, & non ex meritis aliquos prædestinavit, siue elegit. Dicit enim ad Eph. 1. Prædestinavit nos in adoptio- nem filiorum in laudem gloriæ gratiæ suæ.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod etiā in hoc, quod dicitur aliquis habere gratiā hominis, intelligitur in aliquo esse aliquid, quod sit homini gratum, sicut & in hoc, quod dicitur aliquis gratiam Dei habere: sed tamen differenter. Nā illud quod est homini gratū in alio homine, presupponit eius dilectioni: causa-

tur autem ex dilectione diuina, quod est in Deo gratum, ut dictum est. \*

AD SECUNDUM dicendū, quod Deus est in modū cause efficientis sed anima est in modū cause formalis. Inter formam autem materiam nō cadit aliquid medium, quia forma ipsam informat materiam, vel subiectum. Sic informat subiectum non per suam substantiam per formam quam causat in materia.

AD TERTIUM dicendū, quod Aug. dicit in illa stationum. \* Vbi dixi, gratiam esse in remissio- catorum, pacem vero in reconciliatione. De accipiendū est, ac si pax ipsa, & reconciliatio teneat ad gratiā generalem, sed quod specialiter noie remissionem significauerit peccatorum ergo sola remissio peccatorum ad gratiam pe- sed etiam multa alia Dei dona. Et etiā remissio- catorum non fit sine aliquo effectu diuinitatis bis causato, ut infra patebit. \*

ARTICVLVS II.

Vtrum gratia sit qualitas animæ.

AD SECUNDUM sic proceditur. Videtur quod gra- tia non sit qualitas animæ. Nulla enim agit in suum subiectum, quia actio qualitate absque actione subiecti, & sic oporteret quod etiam ageret in seipsum: sed gratia agit in aliū iustificando ipsam. ergo gratia non est qualitas animæ. ¶ 2. Præter. Substantia est nobilior qualitate. Sed est nobilior quam natura animæ. multa enim sumus per gratiam, ad quæ natura non suffi- pra dictum est. \* ergo gratia non est qualitas animæ. ¶ 3. Præter. Nulla qualitas remanet, postquam esse in subiecto: sed gratia remanet non con- pitur, quia sic in nihilum redigeretur, sicut creatur unde & dicitur noua creatura ad gra- go gratia non est qualitas.

SED CONTRA est, quod super illud Pl. 1. exhilaret faciem in oleo, dicit gl. \* quod in- nitur animæ, sanctum cōcilians amorem. De animæ est quedam qualitas, sicut & pulchritudo por is. ergo gratia est quedam qualitas.

RESPON. Dicendum, quod sicut iam dictum est eo qui dicitur gratiam Dei habere, significat quidam effectus gratiæ Dei voluntatis. De- tem supra, \* quod dupliciter ex gratia Deo te homo adiuuatur. Vno modo in quantum a- minis mouetur a Deo ad aliquid cognoscen- volendū, vel agendum: & hoc modo ipse effectus in homine nō est qualitas, sed motus aīe actus enim mouentis, in moto est mouetur in 3. Physi. \* Alio modo adiuuatur homo ruita Dei voluntate, sicut quod aliquid habet a Deo aīa infunditur. Et hoc ideo, quia gra- ueniens, quod Deus minus prouidet his, quæ sunt supernaturale bonum habendum, quam quæ- quas diligit ad bonum naturale habendum. Si- ris autem naturalibus sic prouidet, vt nō de- ueat eas ad actus naturales, sed etiā largiatur mas, & virtutes quasdam, quæ sunt principia vt secundū seipsas inclinentur ad humanum. Et sic motus quibus a Deo mouetur, sunt cōnaturales, & faciles, secundum illud Sap. 1. non omnia suauiter. Multo igitur magis mouet ad consequendū bonum supernaturale.

Glo. interli. in hec 100.

cap. 22. in prin. 10. 7.

Alia, non tamē.

num infundit aliquas formas, seu qualitates super naturales, secundum quas suauiter & prompte ab ipso moueantur ad bonum aeternum consequendum.

Et sic donum gratiae qualitas quadam est. Ad primum ergo dicendum, quod gratia secundum quod est qualitas, dicitur agere in animam non per modum causae efficientis, sed per modum causae formalis, sicut albedo facit album, & iustitia iustum.

Ad secundum dicendum, quod omnis substantia, vel est ipsa natura rei, cuius est substantia, vel est pars naturae, secundum quem modum materia, uel forma substantia dicitur. Et quia gratia est supra naturam humanam, non potest esse quod sit substantia, aut forma substantialis: sed est forma accidentaliter ipsius aeternitatis. Idem quod substantialiter est in Deo, accidentaliter fit in anima participante diuinam bonitatem, ut de scientia patet. Secundum hoc ergo, quia anima imperfecte participat diuinam bonitatem, ipsa participatio diuinam bonitatis, quae est gratia, imperfectiori modo habet esse in anima, quam anima in seipsa substantia est tam nobilior, quam natura animae in quantum est expressio, vel participatio diuinae bonitatis, non autem quantum ad modum essendi.

Ad tertium dicendum, quod sicut dicit Boetius, accidentis esse est in esse. Unde omne accidens non dicitur ens quasi ipsum esse habeat, sed quia eo aliquid est: unde & magis dicitur esse entis, quam ens, ut dicitur in 7. Metaph. Et quia eius est fieri, uel corrumpi, cuius est esse: ideo proprie loquendo nullum accidens neque sit, neque corrumpitur, sed dicitur fieri, uel corrumpi secundum quod subiectum in seipso, uel definit esse in actu secundum illud accidens. Et secundum hoc etiam gratia dicitur creari ex eo, quod homines secundum ipsam creantur: in nouo esse constituantur ex nihilo: non ex meritis, sicut illud ad Eph. 2. Creati in Christo Iesu in operibus bonis.

Super Questionem 110. Articulus tertium.

ARTICULVS III.

Utrum gratia sit idem quod uirtus.

In articulo tertio, a eiusdem questionem, dubium occurrit ex secundo in secundo sententiarum distinctione, quod dicitur contra rationem litterae, & contra conclusionem. Soluuntur quidem rationes illas, quae ponuntur in calce corporis articuli. Sicut lumen naturale rationis &c. & dicitur quod similitudo salutaris in hoc, quod sicut uirtutes acquiruntur perfectius in ordine ad lumen quam ad prudentiam, & illa ad lumen intellectus agentis: ita infusa in ordine ad lumen charitatis, & illa ad finem supernaturalem. Arguitur etiam contra eam, quia sequeretur, quod fides non posset manere in formis: quia non posset perferri deficiente lumine in ordine, ad quod perficeretur sicut nec uirtus acquiruntur.

tem gratia principaliter est in mente, neque iterum est in secunda specie, quae est potentia, uel impotentia naturalis: quia gratia est supra naturam, & non se habent ad bonum & malum, sicut potentia naturalis, ergo relinquitur, quod sit in prima specie, quae est habitus, uel dispositio. Habitus autem mentis sunt uirtutes, quia etiam ipsa scientia quodammodo est uirtus, ut supra dictum est. Ergo gratia est idem quod uirtus.

SED CONTRA. Si gratia est uirtus, maxime uideretur, quod sit aliqua trium theologiarum uirtutum: sed gratia non est fides, uel spes, quia haec possunt esse sine gratia gratum faciente neque etiam charitas, quia gratia praue nit charitatem, ut Augustinus dicit in libro de praedestinatione sanctorum. Ergo gratia non est uirtus.

RESPON. Dicendum, quod quidam posuerunt idem esse gratiam & uirtutem secundum essentiam, sed differre solum secundum rationem, ut gratia dicatur, secundum quod facit hominem Deo gratum, uel secundum quod gratis datur: uirtus autem secundum quod perficit ad bene operandum. Et hoc uideretur sensisse Magister in 2. sententiae dist. 26. Sed si quis recte consideret rationem uirtutis, hoc stare non potest, quia ut Philosophus dicit in 7. Physico. Uirtus est quadam dispositio perfecti, dico autem perfectum, quod est dispositum secundum naturam. Ex quo patet, quod uirtus uniuersumque rei dicitur in ordine ad aliquam naturam praerentem, quando scilicet unumquodque sic est dispositum, secundum quod congruit suae naturae. Manifestum est autem, quod uirtutes acquisite per actus humanos, de quibus supra dictum est, sunt dispositiones, quibus homo conuenienter disponitur in ordine ad naturam, qua homo est. Uirtutes autem infusae disponunt hominem altiori modo, & ad altiore finem: unde etiam oportet, quod in ordine ad aliquam altiore naturam, hoc est, in ordine ad naturam diuinam participatam, quae dicitur lumen gratiae, sicut quod dicitur 1. Pet. 1. Maxima, & priosa nobis promissa donauit, ut per hoc efficiamini diuinae consortes naturae: & sicut in acceptione huiusmodi naturae dicimur regenerari in filios Dei. Sicut igitur lumen naturale rationis est aliquid praeter uirtutes acquisite, quae dicuntur in ordine

potest manere uirtus, non manente habitu, dine eius naturali ad illud quod respicit.

Contra conclusionem triplex motus offert. Primo, quia quaecumque excellentia attribuitur gratiae, attribuitur charitati, & e contra: ergo gratia, & charitas sunt idem. Assumptum patet tripliciter. Primo in hoc, quod utraque diuiditur formaliter aequaliter inter filios regni, & perditionis. Secundo in hoc, quod utraque est forma uirtutum, & non potest esse informis. Tertio in hoc, quod utraque coniungitur ultimo fini perfecta coniunctione, qualis potest esse in uia. Secundo, quia si ponantur distincte, altera superflua. Probatur, quia reliqua sufficit. Tertio, quia eodem habitu quo Spiritus sanctus inhabitat animam, uoluntas inclinatur in suum actum meritorium, & e contra: non sic autem est de habitu fidei, & spei, per eorum imperfectionem.

Ad obiectionem contra rationem, facile dicitur, quod solutio ipsa se accusat: nam lumen naturale non respondere facit lumen supernaturale, sicut prudentia charitatem. Unde similitudo licet sit in hoc, quod sicut lumen naturale est quoddam praesuppositum principium, & origo uirtutum in nobis naturaliter praesistentium: ita in esse supernaturali oportet ponere lumen supernaturale, principium, & originem omnium infusarum uirtutum.

Et uideatur, quod haec similitudinem author post probatam conclusionem inducit ex ratione uirtutis, ut ostenderet, quod natura illa praesupposita esset, & natura, & lumen, ad quod perficerentur uirtutes ut ad naturam. Et lumen, sicut in acquisitione uirtutum inuenitur, sicut in littera inducitur.

Ad argumentum autem contra ipsam rationem dicitur, quod fides informis

q. 56. arti. 4. de q. 57. artic. 2.

Cap. 2. & in lib. de honorificentia c. 14. non remote a princ. lo. 7.

lib. 3. se. dist. 26. D. 677. Tex. 17. & 18. com. 2.

q. 55. de 4. artic. 2. q. 56. de 4. artic. 2.

q. 56. de 4. artic. 2. q. 57. de 4. artic. 2.

non est uirtus simpliciter, sed secundum quid, ut inferius in se- cunda secunda patet. Et propterea conceditur, quod non manet lumine gratie, fides non remanet in esse uirtutis simpliciter.

¶ Ad primum eorum, que contra conclusionem obijciuntur, dicitur quod licet multe excellentie sint communes gratie, & charitati propter earum connexionem, non tamen eis conueniunt eodem modo: quia gratia ut primus radicit, charitati ut fructui illius. Et rursum aliqua excellentia est gratie, que non conuenit charitati, scilicet primum principium formale esse supernaturalis. Falsum quoque est, quod dicitur inter filios regni, & perditionis que formaliter conueniat utrique. Nam gratia facit filium Dei formaliter, charitas autem operative. Illa enim est principium essendi in natura diuina participata: ista est principium operandi secundum naturam diuinam participatam. Et similiter diuersimode utraque est forma uirtutum, & coniungit fini ultimo, que charitas ut proximum operandi principium, illa ut primum.

¶ Et ex hoc patet responsio ad secundum, quod neutra superflua, & altera sine reliqua non sufficit. oportet enim & primum, & proximum principium habere naturam, & potentiam, lumen, & uirtutes. ¶ Et per idem soluitur tertium motuum. Nam licet habitus quo spiritus inhabitat animam, inclinet uoluntatem ad merendum ut prima radix meriti, non tamen exequitur hoc per seipsum immediate, sed mediante habitu charitatis, quo formaliter uoluntas inclinatur, gratia autem radicaliter tantum.

¶ Ad primum ergo dicendum, quod Augustinus nominat fidem per dilectionem operantem, gratiam: quia actus fidei per dilectionem operantis, est primus actus, in quo gratia gratum faciens manifestatur.

¶ Ad secundum dicendum, quod bonum positum in definitione uirtutis dicitur secundum conuenientiam ad aliquam naturam preexistentem uel essentialem, uel participatam: sic autem bonum non attribuitur gratie, sed sicut radici bonitatis in homine, ut dictum est.

¶ Ad tertium dicendum, quod gratia reducitur ad primam speciem qualitatis. Nec tamen est idem quod uirtus, sed habitudo quedam, que preponitur uirtutibus infusis, sicut earum principium, & radix.

ARTICULVS IIII.

¶ *Utrum gratia sit in essentia anime sicut in subiecto, an in aliqua potentia eorum.*

¶ Ad quartum sic proceditur. Videtur, quod gratia non sit in essentia anime sicut in subiecto, sed in aliqua potentiarum. Dicit enim Augustinus in Hyposticō. \* Quod gratia comparatur ad uoluntatem, sicut ad libere arbitrium, sicut sessor ad equum: sed uoluntas, siue liberum arbitrium est potentia quedam, ut in primo dictum est. Ergo gratia est in potentia anime sicut in subiecto.

¶ 2<sup>o</sup> Preterea. Ex gratia incipiunt merita hominis, ut Augustinus dicit; \* sed meritum consistit in actu, qui ex aliqua potentia procedit, ergo uidetur, quod gratia sit perfectio alicuius potentie anime.

¶ 3<sup>o</sup> Preterea. Si essentia anime sit proprium subiectum gratie, oportet quod anima, in quantum habet essentiam, sit capax gratie: sed hoc est falsum,

¶ Et primo, Gratia est idem quod gloria, ut per se patet: ergo est in eodem subiecto in quo est beatitudo, est in essentia.

¶ Secundo, Gratia perficit animam solum in ordine ad naturam actum, scilicet meritum, ergo non potest

quia sic sequeretur quod omnis anima esset gratia capax. non ergo essentia anime est proprium subiectum gratie.

¶ 4<sup>o</sup> Preterea. Essentia anime est prior potentie eius: prius autem potest intelligi sine posteriori, ergo sequitur quod gratia possit intelligi in anima nulla parte, uel potentia anime intellecta, scilicet neque uoluntate, neque intellectu, neque aliquo huiusmodi, quod est inconueniens.

¶ Sed contra est, quod per gratiam regeneramur in filios Dei: sed generatio per prius terminatur ad essentiam, quam ad potentias, ergo gratia per prius est in essentia anime, quam in potentia.

¶ Respondetur. Dicendum, quod ista questio ex precedenti dependet. Si enim gratia sit idem quod uirtus, necesse est quod sit in potentia anime sicut in subiecto: nam potentia anime est proprium subiectum uirtutis, ut supra dictum est. Si autem gratia differat a uirtute, non potest dici quod in potentia anime sit gratia subiectum: quia omnis perfectio potentie anime habet rationem uirtutis, ut supra dictum est. Unde relinquitur, quod gratia sicut est prius uirtute, ita habeat subiectum prius potentie anime, ita scilicet quod sit in essentia anime. Sicut enim per potentiam intellectuam homo participat cognitionem diuinam per uirtutem fidei, & secundum potentiam uoluntatis amoris diuinum per uirtutem charitatis: ita etiam per naturam anime participat secundum quandam similitudinem naturam diuinam per quandam regenerationem, siue recreationem.

¶ Ad primum ergo dicendum, quod sicut ab essentia anime effluunt eius potentie, que sunt operum principia: ita etiam ab ipsa gratia effluunt uirtutes in potentias anime, per quas potentie mouentur ad actus. Et secundum hoc gratia comparatur ad uoluntatem, ut mouens ad motum, que est comparatio sessoris ad equum: non autem sicut accidens ad subiectum.

¶ Et per hoc etiam patet solutio ad secundum: est enim gratia principium motorij operis mediantibus uirtutibus: sicut essentia anime est principium operum uirtutis mediantibus potentia.

¶ 2<sup>o</sup> corp. art.

¶ 1<sup>o</sup> q. 7. arti. 2. co. & q. 62. ar. 1. cor. Et 2. di. 26. arti. 5. Et uerbi q. 24. arti. 6. 7. lib. 3. par. 9 me. tom. 7.

¶ p. p. q. 73. arti. 2.

¶ 1<sup>o</sup> lib. de car. 166. & grat. cap. 6. circa prin. tom. 7. Et lib. 1. ad Simplic. q. 2. de gratia & li. ar. c. 6.

¶ Super questio. 110. articulum quartum.

¶ In articulo quarto eiusdem questio. dubium occurrit ex Scoto in 2. sententia. distinctione. 26. qui multipliciter probat, quod gratia est subiectiue, in uoluntate, & non in essentia anime immediate quadrupliciter.

zhu  
ac p  
pote  
¶ A  
ad a  
ad i  
ria p  
dei  
part  
u  
l  
nam  
actu  
riam  
de  
riam  
in fi  
res p  
paler  
tie 8  
rio, l  
¶ A  
nem  
effec  
plex  
tum  
re  
ria p  
scilic  
in p  
citur  
est f  
secun  
fecta  
con  
grati  
intell  
cedit  
nia  
natur  
za, q  
ria &  
si sit  
tia f  
natio  
um p  
prum  
piter  
comm  
grati  
incon  
prius  
tellect  
ter, q  
primo  
non pe  
cter, r  
hoc, s  
do, q  
tas: q  
tum co  
re. Sic  
tione d  
peccan  
quanti  
tionem  
essentia  
inficit  
Vnde a  
moure  
ficabile  
debuiff  
re, & u  
si solus  
ter, esse  
ter, grat  
num. ego  
tum Ch  
altum  
¶ Ad p  
rum neg  
¶ Ad te  
sequen  
nee grat  
in eodem  
dicens, i  
ciens in  
termina

actus secundus, ut patet: gloria autem & gratia actus primus: ac per hoc illa est propria potentia, ista communis essentia, & potentia secundum diuersa.

¶ Ad secundum, negatur absumptum. Nam gratia licet perficiat ad actum meritum, non tamen tantum ad hoc, nec primo ad hoc, quoniam gratia primo perficit ad dei formam, ad participationem diuinae naturae, iuxta illud Iud. 1. Pet. 2. diuinae naturae consortes: ad actum autem meritum secundario. Vnde infans per gratiam regeneratur in filios Dei, habentes primum & principialem effectum gratiae & caritatis secundario, sicut prius.

¶ Ad confirmationem dicitur, quod effectus gratiae est duplex, scilicet gratum reddere, & mereri. Et rursus potentia prior dupliciter, scilicet simpliciter, & in modo ad exercitium actus. Si ergo est sermo de gratia secundum primum effectum, nullum inconueniens est, quod gratia redundet in intellectum, ut praedicatur voluntate: quoniam non essentia est materialiter prius gratia, quam voluntas, sed si sermo de gratia secundum inclinationem ad meritum per actum proprium (quod dico propter meritum Christi communicatum per gratiam) tunc est inconueniens, quod prius redundet in intellectum, sed oportet, quod redundet primo in potentiam non priorem simpliciter, sed priorem in hoc, scilicet in agendo, quae est voluntas: quoniam meritum consistit in agere. Sic eadem ratione dictum fuit, quod peccatum originale, quantum ad inclinationem ad actum, ab essentia animae prius inficit voluntatem. Vnde arguens promissionem misericordiae gratificabile & meritum, debuisset distinguere, & uidetur, quod si solus intellectus esset, esset gratia, & esset gratum & meritum Christi, non per actum proprium.

¶ Ad tertium iam patet ex hoc responso: quoniam propositio dicitur, Habens percipientis in ordine ad deum terminatum obiectum.

¶ Ad quartum, negatur quod omnis habitus sit subiective in aliqua potentia. Et ad probationem, quae opus habentis reddit bonum, dicitur quod reddere opus habentis bonum, contingit dupliciter, scilicet primo, & ex consequenti. Et quod habitus, qui ad hoc primo est, ut opus habentis reddat bonum in potentia aliqua, est cuius est opus: gratia autem non propter opus est primo, sed secundario, principaliter enim est propter esse confortem diuinae naturae, quod est prius omni uirtute: & ideo est in subiecto priore quacunque potentia, ut proportionaliter forma respondeat materia.

QVAESTIO CXI.

De diuisione gratiae, in quinque articulos diuisa.

**D**EINDE considerandum est de diuisione gratiae. Et circa hoc quaruntur quinque.

¶ Primo, Vtrum conuenienter diuidatur gratia per gratiam gratis datam, & gratiam gratum facientem.

¶ Secundo, de diuisione gratiae gratum facientis per operantem, & cooperantem.

¶ Tertio, de diuisione eiusdem per gratiam praeuientem, & subsequenter.

¶ Quarto, de diuisione gratiae gratis datae.

¶ Quinto, de coparatione gratiae gratum facientis, & gratis datae.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum gratia conuenienter diuidatur per gratiam gratum facientem, & gratiam gratis datam.

**A**D PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod gratia non conuenienter diuidatur per gratiam gratum facientem, & gratiam gratis datam.

**A** & actum est in potentia illa, distinguenda est: quoniam dupliciter hoc contingit, scilicet primo, & secundo. Et dicitur, quod gratia primo perficitur esse, & non primo ad operari, & propterea non ad obiectum. Nec ad actum primo perficit, sed secundario: facit enim primo hominem filium Dei, & consequenter potenter mereri uitam aeternam. Sequela ergo negatur: quoniam non tenet nisi de habitu primo perficiente ad actum, & obiectum.

¶ Ad confirmationem ex Anselmo dicitur, quod Anselmus potest uerificari de iustitia actuali pro quanto omnis operatio bona est in uoluntate secundum aliquid, pura uolitionem: sed quantum ad iustitiam habitualem lato uocabulo accipiendo iustitiam, falsum est quod dicitur.

¶ Ad quartum, negatur quod omnis habitus sit subiective in aliqua potentia. Et ad probationem, quae opus habentis reddit bonum, dicitur quod reddere opus habentis bonum, contingit dupliciter, scilicet primo, & ex consequenti. Et quod habitus, qui ad hoc primo est, ut opus habentis reddat bonum in potentia aliqua, est cuius est opus: gratia autem non propter opus est primo, sed secundario, principaliter enim est propter esse confortem diuinae naturae, quod est prius omni uirtute: & ideo est in subiecto priore quacunque potentia, ut proportionaliter forma respondeat materia.

**C** ¶ 2. Praeterea. Quaecunque non datur ex meritis praecedentibus, datur gratis: sed etiam ipsum bonum natura datur homini absque merito praecedenti, quia natura praesupponitur ad meritum, ergo ipsa natura est etiam gratis data a Deo. natura autem diuiditur contra gratiam. Inconuenienter igitur hoc, quod est gratis datum, ponitur ut gratiae differentia: quia inuenitur etiam extra gratiae genus.

**C** ¶ 3. Praeterea. Omnis diuisio debet esse per opposita: sed etiam ipsa gratia gratum faciens per quam iustificamur, gratis nobis a Deo conceditur, secundum illud Roman. 3. Iustificati gratis per gratiam ipsius, ergo gratia gratum faciens non debet diuidi contra gratiam gratis datam. SED CONTRA est, quod Apostolus utrunque attribuit gratiae, scilicet & gratum facere, & esse gratis datum. Dicit enim quantum ad primum ad Ephes. 1. Gratificauit nos in dilecto filio suo. Quantum uero ad secundum dicitur ad Roman. 2. Si autem gratia, iam non ex operibus, alioquin gratia iam non est gratia. potest ergo distinguere gratia, quae uel habet unum tantum, uel utrunque.

**R**ESPONDEO. Dicendum, quod sicut Apostolus dicit ad Roman. 13. Quae a Deo sunt ordinata sunt. In hoc autem ordo rerum consistit, quod quaedam per alia in Deum reducuntur, ut Dionysius dicit in libro caele. Hierar. \* Cum igitur gratia ad hoc ordinatur, ut homo reducat in Deum, ordine quodam hoc agitur, ut scilicet quidam per alios in Deum reducantur. Secundum hoc igitur duplex est gratia. Vna quidem per quam ipse homo Deo coniungitur, quae uocatur gratia gratum faciens. Alia uero per quam unus homo cooperatur alteri ad hoc, quod ad Deum reducat. Huiusmodi autem donum uocatur gratia gratis data: quia supra facultatem naturae, & supra meritum personae homini conceditur. Sed quia non datur ad hoc, ut homo ipse per eam iustificetur, sed potius ut ad iustificationem alterius cooperetur: ideo non uocatur gratum faciens. Et de hac dicit Apostolus ad Corinth. 12. Vnicuique datur manifestatio Spiritus ad utilitatem, scilicet aliorum.

Ad